


NICOLAI COPERNICI

quoque epicyclum hoc modo. Sit mundo ac Soli homocentrus  
 $AB$ , &  $ACB$  diameter, in qua summa absis contingat. Et facto in  
 $A$  centro epicyclus describatur  $DE$ , ac rursus in  $D$  centro epicycli  
 $um FG$ , in quo terra uersetur, omniaque in eodem plano zodiaci.



Sitque epicycli  
 primi motus  
 in succedentia,  
 ac annuus fe-  
 re, secundi quoque  
 hoc est  $D$ , simi-  
 liter annuus,  
 sed in praecedentia,  
 ambo-  
 rumque ad  $AC$   
 lineam pares  
 sint reuolutio-  
 nes. Rursus  
 centrum terrae  
 ex  $F$  in praecedentia addat  
 parumper ipse  
 si  $D$ . Ex hoc  
 manifestum est

quod cum terra fuerit in  $F$ , maximum efficiet Solis apogeeum,  
 in  $G$  minimum: in medijs autem circumferentijs ipsius  $FG$  epicycli  
 faciet ipsum apogeeum praecedere uel sequi, auctum dimi-  
 nutumue, maius aut minus, & sic motum apparere diuersum,  
 ut antea de epicyclo & eccentro demonstratum est. Capiatur au-  
 tem  $AI$  circumferentia, & in  $I$  centro resumatur epicyclus, & con-  
 nexa  $CI$  extendatur in rectam lineam  $CIK$ , eritque  $KID$  angulus  
 aequalis ipsi  $ACI$ , propter reuolutionum paritatem. Igitur ut su-  
 perius demonstrauius,  $D$  signum describet eccentrum circuli  
 homocentro  $AB$  coequalem in  $L$  centro, ac distantia  $CL$ , quae ip-  
 si  $DI$  fuerit aequalis,  $F$  quoque suum eccentrum secundum distan-  
 tiam  $CLM$  aequalem ipsi  $IDF$ , &  $G$  similiter secundum  $IG$ , &  $CN$   
 distantias aequales, Interea si centrum terrae iam emensum fuerit  
 u tuncque